UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis. ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue] docto eos digne legenti. predicanti. aut ...

Nicolaus <de Plove>

Argentine, 22. XI. 1494 - 1495

Dominica. XIX. post trinitatis. II. Sermo CXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31214

Visual Library

OB ¶ De ſcḋo ſcʒ occaſionū̄ fuga. Sunt aūt occaſiones multe malaꝝ temptationū̄ Nam alie ſunt occaſiões ſeu cauſe ſpūaliū̄ vicioꝝ. vt ſunt ira. accidia. ſupbia. inuidia. Et has oportet nos reſiſtendo ſupare. vt dicit Hugo in li. de pfectib9 tracta. ij. ca. ij. Alie ſunt occaſiones carnalium vicioꝝ. vt ſunt luxuria. auaricia. gula. Et iſtas magꝭ fugiendo q̄ʒ pugnādo vincim9. qꝛ facilius reſiſtim9 cogitatiōi luxurie in abſentia feminarū q̄ʒ in pn̄tia. ꝛ facilius a ſupfluitate cibi ꝛ potus abſtinem9 qn̄ eis caremus q̄ʒ qn̄ eis habūdamus Om̄es tn̄ occaſiones iſtoꝝ vicioꝝ tam ſpūalium q̄ʒ carnaliū̄ melius ſunt fugiende q̄ʒ ſubeunde. Ex h̄ patet fatuitas illoꝝ q̄ voluntarie procurant ſibi aliq̄d vnde tentenť in cogitatiōe. ſicut illi qui admittūt cogitatiões vanas. ex q̄bus poſtea veniūt ad noxiās ꝛ ad delectationes pꝰuerſas. Alij vero admittūt cōuerſatiões feminaꝝ. q̄rū affectus poſtea mēti eorū ſic imprimiť vt vix poſtea euellať. Et ideo ſtatim fugiende ſunt occaſiões et ceſſabunt cogitatiões male. ¶ De tertio. ſcilicet de occupatione licitaꝝ pſeuerātia dicit Hiero. Semp aliq̄d facito vt te diabolus inueniat occupatū. Debet ḡ homo occupari aliq̄ bono ope vt euadat cogitationes illicitas. Et ſi forte nō eſt tp̄s laboris neqꝫ loc9. hō ſtatim debet ſe occupare licitꝭ verbis cū̄ amico vel etiā cū̄ ſeruo. Et ſi forte ſolitari9 eſt occupet ſe cogitatiōibus de deo vel de ſctis. de q̄b9 aliqn̄ audiuit p̄dicari. ꝛ ſic euadet mala cogitādo bona. vt dicit Ceſari9. āmonitōe ſcda. Incipiā9 bōas cogitatōes diligere ꝛ ſtatim ab illis q̄ mala ſunt dignabiť nos dn̄s liberare. Eſt enī q̄ſi quedā regula in mēte homis poſita. qꝛ dū nil pꝰhenne ꝛ celeſte cogitat ſeſeqꝫ culpiꝭ illigat. vt dicit Greg. in hymno dn̄icali. Et ideo Hugo li. iiij. de archa Noe ca. ij. dicit Qꝛ ſi ordinatas ꝛ ſtabiles ac q̄etas cogitationes hr̄e volumus. ab inordiata diſtractione coꝛ nr̄m phibere ſtudeam9. Nō fieri poterit ſi nobis certas ac determinatas res deſcribam9. in q̄b9 ꝛ intentio nr̄a verſari ꝛ meditatio exerceri poſſit. Iſte aūt res ſūt celeſtes q̄s ſemp debem9 meditari. vt tandē ad eas valeam9 realiter peruenire. Quod nobis preſtare ꝛc̄.

¶ Propter plura hō infirmať. Primo propter pctā ad purgandū̄ ea. Cur hō torquetur vt pena ei minuetur. vt Ezechias rex. Scḋo ꝓpter cuſtodiā virtutū̄. Cur hō torqueť ne faſtus ei dn̄eť. vt paul9. Tertio ꝓpter pꝓbationē. Cur hō torqueť vt de9 glorificetur. vt Iob ꝛ Thobias. Quarto ꝓpt meritū̄. Cur homo torqueť vt meritū̄ ei cumuletur. vt Gregorio. Quinto ꝓpter penam augendā. Cur hō torqueť vt penā pena ſeq̄tur. vt Herodes ꝛ alij. Infirmitates generanť qn̄qꝫ ex diſtemperātia cōplexionis. Et iſta eſt curabilis arte medicoꝝ. qn̄qꝫ ex ſupfluitate. de ꝯſe. di. v. Ne tales. ꝛ ca. legimus. qn̄qꝫ ex infectione aeris vel alioꝝ Et iſta etiaʒ curabilis eſt. qn̄qꝫ ex pmiſſiōe diuina in vindictā pctōꝝum. Et iſta incurabilis eſt. niſi a deo curetur ꝛc̄.

¶ Dominica. XIX. poſt trinitatis. II. Sermo ¶ CXXI.

Surge tolle lectū̄ tuum ꝛ vade in domū̄ tuā Mat. ix. Quoniā vt ait Iſido. lib. ij. de ſummo bono ca. x. Om̄is ars ſeculi huius ſtrenuos amatores habet ꝛ ad exequēduʒ ꝓmptiſſimos. Et hoc ꝓinde. q̄a p̄ſentē habet ſui opis remuneratiōem. ars vero diuini timoris pleroſqꝫ habet ſectatores languidos. tepidos. inertia ꝯgelatos. Et hoc ꝓinde. q̄a labor eoꝝ nō p p̄ſenti ſed futura remuneratiōe differtur. Ideoqꝫ dū̄ eorū̄ laborē mercedis retributio nō ſtatim ſequiť. ab ope diſſoluti langueſcūt. Hec ille. Ex quib9 patet differētia ſeruoꝝ xp̄i ꝛ mūdi. Nā ſerui huius ſeculi p tpali vita multa ardua ꝛ difficilia fortiter ꝛ ſtrēnue tolerant. Serui autē xp̄i debiliter ꝛ deſidioſe etiā pauca ꝛ leuia ſufferre nō audent. Propter q̄d ſepius p xp̄m ad ſtrēnue agenduʒ moneńť ꝛ incitanť. vt ſpe vite eterne ad q̄qꝫ bona opa aſſurgant. et ſublato lecto viciorū̄ in q̄ p deſidiam tanto tpe more paralitici iacebant. iam tpe gratie p xp̄m pfecte ſanati in domū̄ eterne patrie vadāt. Quorū̄ vnicuiqꝫ q̄tidie dicit a chriſto ſingulariter verbū̄ thematis ꝓpoſituʒ Surge. tolle lectum tuū̄. ꝛ vade in domuʒ tuam. In q̄b9 verbis tria tanguńť. Primo nanqꝫ hortatur chriſt9 hoīem pctōrem ad ſurgendum a ſtatu culpe Cū̄ dicit. Surge. Secū̄do p̄cipit ſubire onus pn̄ie Cū̄ dicit. Tolle lectum tuū̄. Tertio ſuadet ire ad ſtatuʒ gratie Cū̄ dicit. vade in domū̄ tuam ꝛc̄.

Dixi primo ꝙ in verbis A
ꝑmiſſis ꝑmo xp̄s
hortatur hoīem peccatorē ad ſurgendū a
ſtatu culpe Cū dicit ſibi. Surge. Et eſt re
ctus ordo. Peccator nanqꝫ q̄diu ē in pctō
eſt q̄ſi in quodā ſomno ⁊ in q̄dam infirmi/
tate. Et q̄diu ſic ē in iſto ſtatu non pōt ire
in domū gratie. ⁊ ideo oportet vt ꝑmo ex/
cutiat a ſe ſomnū torporis culpe. Iuxta il/
lud. Hora ē iā nos de ſomno ſurgere Ro/
ma. xiij. Sed q꞉ hoc nō pōt facere a ſe. eo ꝙ
a ſe bene pōt cadere. ſed nō poteſt ꝑ ſe ſur/
gere. vt dicit Auguſ. Sicut ſanus pōt ꝑ ſe
infirmari vel dormire. ⁊ tamē ꝑ ſe non po/
teſt ſanari vel a ſomno ſurgere qn̄ placet.
ideoqꝫ peccator neceſſe habet ad xp̄m acce
dere vt eleuet. dicens cū ꝓpheta. Sana me
dn̄e et ſanabor. Sed q꞉ nec ꝑ ſe poteſt ad
deū accedere q̄diu eſt in pctō. eo ꝙ deus
pctōres nō exaudit. vt dicit Ioh. ix. Ideo
opus eſt vt ꝑ eccl'ie ſancte interceſſionē ad
xp̄m afferat. qui ad fidem eccl'ie ſponſe ſue
ꝓ peccatore depcantis. remittet pctōri cul
pam. atqꝫ vt amplꝰ in ea nō iaceat dulciter
⁊ miſericorditer dicet. Surge. acſi dicat.
Declina a malo ⁊ fac bonū. inq̄re pacē ⁊ ꝑ/
ſequere eā. Hoc eſt eñ ꝑfecte ſurgere. No
ta ſm̄ Horrā ad Ephes. vj. Quidā in pec/
catis iacent. vt q̄ in eis manere ꝓponūt. De
quibꝫ Trenoꝝ. ij. Iacuerūt in terra foris.
Sicut Amon infirmꝰ ꝑ amore ſororꝭ ſue.
ij. Reg. xiij. Iobelis. j. Computruerunt vt
iumēta in ſtercore ſuo. Quidā ſedent q̄ in
parte remanent. in parte ſurgūt Lu. j. Il/
luminare his q̄ in tenebris ⁊ ī vmbra mor
tis ſedent. Sic ſedebant filij iſrl' ſuꝑ ollas
carniū Exodi. xvj. Quidā ſtant q̄ a futurꝭ
abſtinent. ſed de p̄teritis non ſatiſfaciunt.
Math. xx. Quid hic ſtatis. Ps. Et q̄ iux/
ta me erāt delonge ſteterūt. Sic ſtabāt da
than ⁊ abiron. Numer. xvj. Quidā ambu
lant. q̄ paulatim in peccatꝭ ꝓficiūt. Ps. Ve
runtamē deꝰ cōfringet capita inimicoꝝ ſu
orū. verticē capilli ꝑambulantiū ī delictis
ſuis. Sic ambulāt multi. Philip. iij. De q̄
bus dicebā vobis. Quidā currūt q̄ paſſim
ꝑ queqꝫ ſcelera ruunt. Iob. xv. Currūt
aduerſus deum erecto collo. Sic cucurre
runt duo ſenes aduerſus ſuſannā Daniel'
xiij. Vn̄ Prouer. j. Pedes eoꝝ ad malum
currūt. B Hortat aūt nos xp̄s hoc
v̄bo ad relinquendū ſtatū oīm vicioꝝ. ſpe
cialiter tn̄ trium quibꝫ hoīes vident maxi/
me ꝓſtrati in terra iacere. Iacent nanqꝫ ne
gligētes ⁊ pigri in terra nihil oꝑando. Ia/
cent auari ⁊ cupidi de terra totalit' cogitan
do. Iacent luxurioſi ⁊ voluptuoſi ſuꝑ ter/
raꝫ fetendo. Vn̄ vnicuiqꝫ iā dicit. Surge.
Et ꝑmo negligentibꝫ ⁊ pigris nihil ꝓ ſalu
te laborantibꝫ dr̄ Surge. Et merito iſti ex
citant ad ſurgendū ꝑncipaliter q̄ alij. q꞉ fa
ciunt iniuriā nature. Nam vt dicit Iob. v.
Homo ad laborē naſcit. ⁊ auis ad volādū
Ergo patet ꝙ a natura ad laborē deputa/
tus eſt. Magna ḡ iniuria ē nature ab ho/
mine pigro vbi omnes creature ſua officia
exercere nō ceſſant. Vn̄ dn̄s ſtatim pꝰ crea
tionē ꝑmo homini p̄cepit laborem dicēs.
In ſudore vultꝰ tui veſceris pane tuo Ge
neſis. iij. Nō ergo hic req̄es ſed potꝰ labor
⁊ ſudor ꝯtinuus. quſqꝫ ad illā quietē ꝑpe/
tuam ꝑueniamꝰ vbi nō erit luctus neqꝫ cla
mor ſed nec vllus dolor Apocal'. xxj. Tūc
eñ primo ꝑfecte req̄eſcent ſpūs a laboribꝫ
eorū Apoc. xiiij. Hinc dr̄ Michee. ij. Sur
gite ⁊ ite. q꞉ nō habetis hic requiē. C
Debet autē homo ſurgere ad laborē a
torpore accidie ꝓpter tria. Primo ꝓpter p̄ci
oſitatē ꝯceſſi tp̄is. Valde eñ p̄cioſum tp̄s
eſt modo ꝯceſſum homini ad merendū in
quo ita faciliter pōt emi regnū celoꝝ quod
etiā ꝓ cipho aque frigide cōparari poteſt.
Sicut ſaluator dicit Math. x. q̄ ergo fa/
tuus eēt q̄ ſciens nūdinas ita bonas in q̄/
bus pro duobꝫ denarijs poſſet lucrari du
os florenos nō curreret illuc. Et tamē nō
duo floreni. ſed regnū celorū hodie datur
pro duobꝫ denarijs. Sicut ſaluator dicit
Luce. xxj. Vnde Augꝰ. in ſermone. ij. deci
more dicit. Noli eſſe piger. grauiter labo/
ra. eternā vitā daturꝰ eſt tibi deꝰ. Et ſequi
tur. Cogita q̄nto labore emenda ſit. Intē
dite fratres. venale eſt q̄d habeo dicit tibi
deus. Eme illud de labore tuo. Quid ha/
bes venale. regnū celoꝝ. Et ſi dicis. q̄ntuꝫ
valet. preciū ipſius labor eſt. ideo q̄re. q̄ntū
laborandū eſt. Sed nō dicit tibi q̄ntuꝫ la
boris exigat a te deus. ſed q̄nta ſit ipſa req̄
es ſempiterna. ſine fine leticia. Hec ille.
Secūdo debemꝰ ſurgere ad laboran/
dū ꝑ penitentiā cōmiſſi ſceleris. In multꝭ
enim offendimꝰ om̄es deū. vt ait Apl's Ia
cobus ca. iij. Et ideo debemus redimere
peccata bonis operibꝫ. Unde Ps. q̄ dicit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deſc. Quoniã iniquitatẽ meã ego cogno-
ſco ꝛ peccatũ meũ contra me eſt ſemꝑ. Cõ-
ſiderans magnitudinẽ peccatoꝝ iterũ di
xit. Media nocte ſurgebã ad confitendũ
tibi. q̄ſi ei non ſufficiat dies ad laudandũ
deũ. Iſte modus laudabilis adhuc ſua-
tur in clauſtris. vbi eſt ſtat⁹ pn̄ie. in q̇bꝫ ſur-
gunt fratres media nocte ad orandũ pro
peccatis ſuis deũ. Nõ etiã faciunt prelati
epiſcopi ꝛ ceteri. vel ſaltẽ facere deberent.
Quia prochdolor plures ſurgũt ad matu
tinũ q̄rta hora diei. Refert Helinand⁹ in
Cronicis ſuis lib. vj. Et idez Petr⁹ de la-
piaria in tractatu de oculo morali. Ac cuz
quidã ep̄us philippus beluacenſ in eoꝝ
hoſpitaretᷣ monaſterio. cras tãdiu dormi-
uit ꝙ etiã primã in eccl'ia iã poſt ſolis ortũ
decantatã neglexit. Ad quẽ cũ veniſſet He
linãdus monach⁹. videns ꝙ nemo eũ au-
deret excitare de ſuis. ꝓpius accedẽs dixit.
Iam diu eſt ꝙ paſſeres ſurrexerũt ad be-
nedicendũ dño. et adhuc ep̄i ſtertũt i cubi
li ſuo. Attende pater q̇d dicat Ps. Preue-
nerũt oculi mei ad te diluculo. vbi dič glo.
Ambroſij. Indecens ẽ chriſtiano ſi ipſum
ocioſum radi⁹ ſolis inueniat. Ad quã vo-
cem expgefact⁹ ep̄s ait irat⁹. Vade miſer
interfice pediculos tuos. Cui monachus
r̄ndit iocoſe dicẽs. Uide pr̄ ne te interfici
ant vermes tui. Ego ei iã meos interfeci.
Hec eñ eſt differẽtia inter vermes paupe
rũ ꝛ diuitũ. q̄a vermes paupeꝝ occidũtur.
vermes autẽ diuitũ occidũt diuites. Si-
cut ptꝫ de Anthiocho ꝛ herode q̇ a vermi-
bus ſunt ꝯſumpti. Hec ꝛ plura ibidem.

¶ Tertio debem⁹ ſurgere ad laborandũ
ꝓpter mercedẽ ꝓmiſſi muneris. Certe ma-
gna ꝓmiſſio mercedis. Sicut eñ dič Au-
g⁹. in lib. de timore. ſermone. ij. Quod tibi
dat de⁹ nõ habet finẽ. ꝛ tñ nõ eternũ labo-
rem ſed tp̄alẽ a nobis exigit. Refert Petr⁹
de lapiaria q̄ndã hyſtoriã de quodaz rege.
qui cũ habuiſſet tres filios. volens facere
teſtamentuz dixit ad eos. ꝙ pigriori vellet
dare regnũ. Tunc ait prim⁹. mihi debetᷣ re
gnũ. qꝛ adeo piger ſum. cũ ſedeo ad ignez
prius cõburi crus ꝑmitterẽ q̄ȝ illud ab ig-
nis incendio retraherẽ. ad quem ſc̄d̄s ait.
Mihi certe debetᷣ regnũ. qꝛ te multo ſum
pigrior. Nam cũ funẽ habeã in collo ꝛ mor
ſuſpendi debeam. ꝛ gladiũ in manu habeã
ꝓpter pigriciã ad abſcindendaz cordã non
porrigo manũ meam. Deinde terti⁹ dixit.
Ego regnare debeo. qꝛ in pigricia ceteros
antecello. Reſupin⁹ eñ iaceo ꝛ ſtillat aqua
ſuper vtrũq̄ȝ oculũ meum. ego autez ꝓpter
pigriciam me a ſtrato non moueo. nec ad
dextram nec ad ſiniſtrã. Et huic dicitᷣ rex
regnuz legaſſe. ¶ Moraliter iſti tres fra-
tres ſunt tria genera accidioſoꝝ. Naz pri
mus qui ignẽ non curauit. ſignificat illũ q̇
exiſtens in ꝑuerſa ſocietate luxurioſoꝝ nõ
vult ſe mouere ab eis. Sc̄d̄us q̇ ſcit ſe ſu-
ſpenſuz laqueo diaboli vt auarus. ſicut fu-
it Iudas. ꝛ tamẽ nõ curauit verbo locuti-
onis q̄ſi quodaz gladio funẽ colli precide
re. Tertius qui nõ vult moueri ad dextrã
et ad ſiniſtraz oculũ. ſignificat illũ qui nec
cõſiderat penas inferni nec premia regni
celeſtis. Unde nec metu penarũ nec amo-
re premioꝝ vult ſurgere a peccato. Et hu
ic rex diabolus q̇ eſt rex ſuper om̄es filios
ſuperbie Iob. xlj. dat regnũ infernale. vbi
nullus ordo ſed ſempiternus horror inha
bitat. ¶ D ¶ De ſecũdo quomõ iacent
cupidi et auari de terra totaliter cogitan-
do. Quibꝫ etiã dicitᷣ hic Surge. Singu-
lariter dicit Pſal. in eoꝝ ꝑſona. Adheſit
in terra venter noſter. i. om̄is affectus. vt
exponit quidã doctor. Iſti ergo deberẽt ſur
gere a terrenis ad celeſtia. vt primuz que-
rant regnũ dei. et hec omnia adijcientᷣ eis.
Math. vj. O q̄ȝ miſeri et increduli ſũt iſti
qui tñ diffidunt de deo ꝙ niſi cogitarent
de ſeipis nullo modo de⁹ ipis ꝓuideret ne
ceſſaria. q̄ȝ multi ſunt hodie dicentes. Do
mine nõ poſſum morari domi. oportet me
ire ad nundinas etiã die dominico. al's ne
gligerem bonũ lucrũ et victum meũ. Sed
audi chriſtũ dicentẽ. Scit eñ pater veſter
quia his omnibꝫ indigetis. Unde Pſal.
dicit. Nunq̄ȝ vidi iuſtũ derelictum. nec ſe-
men eius querens panem. Quo cõtra de
auaro dicitᷣ ꝑ eundez. Famem patiẽtur vt
canes. et circuibunt ciuitatẽ. Ac ſi diceret.
quia erũt in cõtinua egeſtate. Quia vt di-
cit Hieronym⁹. Auaro deeſt tam q̇d habꝫ
q̄ȝ quod non habet. Pulchre ſemel frater
Iordanus magiſter ordinis predicatoꝝ
in quadã abbatia Ciſtercienſ ordinis ho-
ſpitatus confutauit monachos monaſte-
rij predicti. Naz cum ei dicerent. Quomõ
pater ordo veſter durare poteſt. cum nihil
habeatis. Licet enim modo ſit mundus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deuotus.tamẽ ſcriptum eſt in euangelio ꝙ
poſtmodũ refrigeſcet caritas et habũda/
bit iniq̄tas. Et ſic cũ non habueritis ele/
moſinas deficietiſ. Reſpõdit magiſter mã
ſuete. Ex q̃ ſic eſt vt vos dicitis. ꝙ refrige/
ſcet caritas. ⁊ habũdabit inquitas in mun
do. Igit̃ vos q̃ modo multa habetis citꝰ
deficietis ꝗ̄ nos. Nam poſtq̄ꝫ predones ⁊
raptores auferent vobis bona vr̃a. ⁊ vos
mendicare neſcitis. deficietis et ipi nobis
de veſtris bonis cõferent abundanter. Et
ita cõfutauit eorũ auariciã in qua confide
bant. ¶ De tertio quomõ iacẽt luxurioſi ⁊
voluptuoſi ſuper terram fetendo. Patet.
Sunt em̃ q̄i ſcabrones illi vermes qui de
ſtercoribꝫ nati in eis verſant̃. De quibꝫ di/
cit̃ Iohel.ij. Computruerũt vt iumẽta in
ſtercore ſuo. Mirũ eſt tamẽ ꝙ nõ ſentiunt
fetorem ſuũ. cũ tamẽ ciconia ſentit fetorez
adultere cõiugis ſue niſi ſe lauerit. Simi
liter leo ſentit fetorẽ adultere. ⁊ eam ſubi/
to dilaniat. Quãta ergo confuſio homini
rationali quẽ beſtie et volucres in caſtita/
te excedũt. Sed his conſulit̃ vt more filij
prodigi q̃ conſumpſit portionẽ cũ meretri
cibus viuẽdo luxurioſe redeant ad patrẽ.
dicentes. Surgam et vadã ad patrem ſcꝫ
ad petendũ veniam de cõmiſſis peccatis.
Et tantũ de primo. ¶ E ¶

Dixi ſecũdo ꝙ in verbis pre
miſſis ſaluator
precipit ſubire onus penitẽtie. Cum dicit
Tolle lectum tuũ. Sicut em̃ dicit Hiero
nymꝰ in Omelia hodierna. De lecto ſurge
re eſt animã a carnalibꝫ deſiderijs in q̄bus
egra iacebat abſtrahere. Grabatũ vero tol
lere eſt ipam carnẽ ꝑ cõtinentie frena cor/
reptam ſpe celeſtiũ premiorũ a delicijs ſe/
parare terrenis. Ex quibꝫ patet ꝙ tollere
lectũ non eſt aliud niſi peccatorẽ deſiſtere
a carnalibꝫ cõcupiſcentijs. Nõ tunc ꝑfecte
fit quãdo iã penitet eũ feciſſe de preterito.
⁊ abſtinet omino facere. ꝓponẽs vitare am
plius de futuro. Et hec eſt vera penitẽtia.
vt dicit Auguſtinꝰ in libro de eccl'iaſticis
dogmatibꝫ. Hoc eſt ergo peccatorẽ lectuz
tollere in q̃ hucuſq̄ꝫ male iacebat. Quẽ le/
ctum debet portare ſupra ſe et nõ infra ſe
ſicut prius. Debet em̃ domiari paſſionibꝫ
ſuis. Vñ debet portare tria. ſcꝫ dolorez in
contritiõe Iuxta illud Iob.xiij. Quare la/
cero carnes meas dentibꝫ, ⁊ animã meã in
manibꝫ meis porto. Secũdo pudorem in
ꝯfeſſione Ezechiel.xvj. Confundere ⁊ por
ta confuſionẽ tuã. Tertio laborẽ in ſatiſfa
ctione Michee.vij. Iram dñi portabo q̄꞉
peccaui. i. ſatiſfactionẽ porto. et tolero ſeu
patior pro ira dñi quez cõmoui. Iſtud eſt
optimũ pondus ⁊ leue de q̃ dicit ſaluator
Math.xj. Tollite iugum meũ ſuper vos.
Et ſequit̃. Iugum eni meũ ſuaue eſt ⁊ onꝰ
meuz leue. Unde Bernar. epiſtola.lxxvij.
Quid leuius penitẽtie onere q̄d non ſoluz
nõ onerat ſed etiã portat. q̄ſi di. ꝙ peniten/
tia quã portamꝰ potius nos portat ꝗ̄ nos
eam. Et certe ſic eſt. Penitẽtia em̃ nos por
tat ad celũ. nõ autẽ nos penitẽtiã illuc por
tamus. Unde Math.iiij. Penitentiã agi/
te appropinq̄bit vobis regnũ celorũ. Hinc
dicit Auguſtinꝰ ſup Pſalmũ. Q penitẽ/
tia nõ eſt pondus onerati ſed ale ſunt vola
tori. Portant aues alas ſuas. ſed portant̃
aues ab alis in aere. Sic aïe noſtre ꝑpe
nitentiã portant̃ ad celũ. Hec Auguſtinꝰ.
¶ Sed diceres. Quomõ dicis dñe ꝙ onꝰ
penitentie ſit leue ⁊ dulce. cũ tamẽ ego exi/
ſtens vir ita fortis ⁊ robuſtꝰ vix illud poſ/
ſum ferre. Nã ieiunare. vigilare. orare mul
tũ amara ſunt. ita vt q̄nq̄ꝫ etiã ad maximã
laſſitudinẽ fatigent hominez. Ad q̄d ego
reſpõdeo. Verũ eſt q̄d dicis. q̄a iſta omia
amara ſunt carni noſtre q̃ ſemꝑ dulcibꝫ aſ/
ſueta eſt. et q̄ꝫdiu homo nõ eſt in gratia dei
omia iſta ſibi grauia vident̃. Propter con/
ſuetudinẽ precedentẽ viciorũ. Poſtq̄ꝫ vero
homo habet gratiã diuinã. omia ſibi videẽ
tur leuia. ¶ F ¶ Ex q̃ ego infero ꝙ ho/
mo impedit̃ a penitẽtie ſuauitate ⁊ leuita/
te ꝓpter tria. ſcꝫ ꝓpter defectũ gratie diuine
ꝓpter defectũ cognitiõis ſui. ⁊ ꝓpter conſue/
tudinẽ voluptatis priſtine. De ꝑmo patet
Nam ⁊ ſi homo q̄nq̄ꝫ penitet. nõ tamẽ vere
nec ꝑfecte. vt q̄a habet ꝓpoſitũ adhuc pec/
candi. vel diffidit de venia ꝯſequenda. Ta
lis tamẽ gratiã dei nõ meret̃. nec eſt ꝓpe pe/
nitens. ꝓpter q̄d omĩa vident̃ ſibi onerosa.
Unde dicit Bernar. in quodaz ſermone.
Nihil credentibꝫ impoſſibile. nihil aman/
tibꝫ difficile. nihil aſperuz mitibꝫ. nihil hu/
milibꝫ arduũ reperit̃. q̄bus et gratia fit in
auxiliũ. et obediendi deuotio leuit imperi
um. Hec ille. Ante omia igit̃ homo ſe debz
recolligere vt ꝑfecte peniteat. videlicet cũ
vero ꝓpoſito de cetero abſtinendi ab oibꝫ

pro quib⁹ penitet. vt habeat verā fidem et ſpē de ꝯſequēda miſcōia. ſine q̄ nullo modo pōt penitere digne nec ꝯſequi remiſſionē peccatorū. Vñ ⁊ hic dictū eſt paralitico Confide fili remittunt tibi pctā tua. q̄a ſine fide impoſſibile ē placere deo. Hebre. xi. Scdo multū etiā valet ad dulcorandum onus pnīe. peccati ꝓprij recognitio. Nā homo cognoſcens magnitudinē ⁊ multitudinē peccatorū quib⁹ deū offendit. libentius ſubit onus penitētie. Vñ Ps. Quoniā iniquitatē meā ego cognoſco. ⁊ peccatū meū cōtra me eſt ſemp. Vñ Bern. in q̄dam ſermone dicit Qui ꝑfecte ſenſerit onus peccatorū ⁊ animę leſionē. aut parū ſentiet. aut ex toto nō ſentiet corpis penam. nec reputabit corporis laborē. q̄ peccata nouerit delere pterita ⁊ cauere futura. Et Hieronym⁹ ſuper Marcū dicit ꝙ amaritudinē radicis dulcedo pomi cōpenſat. pericula marꝭ ſpes lucri delectat. dolorē medicine ſpes ſalutꝭ mitigat. q̄ deſiderat nucleū frangat nucē. Sic q̄ vult eterno adherere bono penitentiā agat Hec ille. ¶ De tertio quō hō impeditur a ſuauitate ⁊ leuitate pnīe. ꝓpter conſuetudinē voluptatis priſtine. patet. Nā contra ꝯſuetudinē aliq̄d facere eſt agere q̄ſi cōtra naturā. Eo ꝙ conſuetudo eſt altera natura. vt dicit phus. vij. ethicorū. Et ſm Aug⁹. vi. libro de muſica. dicit q̄ſi affabricata natura Conſtat autē ꝙ facere ꝯtra naturā eſt multū penale. ⁊ cū dolore. cum ſit ꝑ motū violentū. Sic etiā facere ꝯtra cōſuetudinē. vt dicit Auguſti. lib. ij. ſup Gene. cōtra Manicheos. ꝙ nulla abſtinentia ſit a voluptate carnali q̄ nō habeat in exordio dolorē. donec in meliorē partē conſuetudo flectat. Et idē libro. i. ad Romanū dicit. Q̄ ipa mutatio cōſuetudinis nouitate ſua ꝑturbat. Vincere ergo cōſuetudinem penitentib⁹ dura eſt pugna vl̄ pena. vt idē dicit ſup Ps. xxx. Narrat Valeri⁹ lib. vij. ca. ij. Q̄ Cretenſes cū voluerūt alios maledicere et acerbiſſima vti execratione aduerſus eos q̄s vehemēter oderāt. optabāt eis vt mala ꝯſuetudine delectent. Et Auguſti. ꝯqueritur de ſe. viij. lib. confeſſionū ca. v. Q̄ nullo alio impediebat a cōuerſiōe q̄ꝫ conſuetudine. q̄ ſe dicebat teneri ſicut ferrea cathena. Et ibi pbat. ꝙ dū ꝯſuetudini nō reſiſtit facta eſt neceſſitas. Neceſſariū autē vno modo dicit violentū. vt dr̄. v. metha-

phiſice. Vñ pꝫ ꝙ male aſſueti in iuuētute q̄ſi q̄daꝫ mō violēter peccāt. Iuxta illud poete. Qui nō aſſueſcit virtuti dū iuueneſcit. A vicijs neſcit diſcedere qñ ſeneſcit. Et ratio hui⁹ naturalis eſt. Quia vt dicit phs. iiij. ethicoꝝ ca. xij. Mali habit⁹ poſtq̄ꝫ generati fuerint nō ſubiacent volūtati. licet a ꝓncipio ſint volūtarij. queadmoduꝫ proijciens lapidē. nō habet in ſua ꝑtāte iā proiectū reſumere. Ecce quō conſuetudo mala impedit leuitatē penitētie. Sꝫ tamē his nō obſtantib⁹ penitēs aſſumat libēter onus penitētie. cōfidens de auxilio diuio. in q̄ omia poterit. Iuxta illud aplī. Omia poſſum in eo q̄ me cōfortat. Et Laborint⁹ dicit. Incipe ꝑficies auxiliante deo. Hinc Petrus dixit domio. In nomīe tuo laxabo rethe. Nec putet impoſſibile aut difficile vincere prauā cōſuetudinē. q̄a dicit Auguſti. libro de doctrina xpiana. Sicut praua operatio rectā deprauat naturā. ita ſolet recta opatio prauā corrigere ꝯſuetudinem. ¶ B ¶ Ad hoc autē vt q̄s retrahatur a praua ꝯſuetudine nihil ita valet ſicut timor dei ⁊ ſui iudicij. Iſto em̄ timore maxime cōprimunt carnis voluptates. ⁊ deſtruit peccandi ꝯſuetudo. Unde Ps. petijt eū dicens. Confige timore tuo carnes meas. Et ſequit. A iudicijs em̄ tuis timui Et Bernar. in quodā ſemone. dicit h̄ valde miraculoſum ꝙ tot iuuenes. tot adoleſcentes. tot nobiles ceteriq̄ꝫ omēs q̄ in tanta afflictione penitētie pri⁹ ꝑſeuerabāt nō alio q̄ꝫ timore dei erant cōfixi. Tenebātur em̄ q̄ſi in carcere. ſed ſine vinculis. Et vere magnū miraculū viuere vltra hūanā. imo ſupra naturā. ⁊ ꝯtra cōſuetudinē. vt ibideꝫ dicit. Nihil ergo debet retrahere pctōreꝫ q̄n portet lectū penitētie ſue. Nō magnitudo ſcelerū. q̄a vbi abundat delictū ſupabūdat ⁊ gratia. Nec penitentie auſteritas deterreat. q̄a. Non ſunt cōdigne paſſiōes huius temporis ad ꝑteritaꝫ culpā que remittitur. et ad p̄ſentis conſolationis gratiam que imittitur. et ad futurā gloriam q̄ pmittitur. Inquit Bernard⁹ in quodaꝫ ſermone. Et certe libenter debꝫ portare penitēs penitentie lectum hic in p̄ſenti. quia ſi noluerit portare illa tria. ſcilicet doloreꝫ contritionis. pudorem confeſſionis. et laborē ſatiſfactionis. portabit alia tria in futuro. ſcilicet damnationē in iudicio. Ad Gal. vi.

Qui autẽ cõturbat vos portabit iudiciũ
quicũq̃ eſt ille. Secũdo afflictionẽ in ſup
plicio Prouerb. ix. Si illuſor fueris. ſol⁹
portabis malũ. Tertio horrorẽ in conſor/
tio Ezechiel. xxxij. Portauerũt ignomini/
am ſuã cũ his qui deſcenderũt in lacũ. Et
tantũ de ſecũdo.

Dixi tertio ꝙ in verbis premiſ
ſis ſuadet ire ad ſta
tum gratie Cũ addit. Vade in domũ tuã.
Quod exponit Hieronymus in Omelia.
Sanus q̃ languuerat in domũ reportat
grabatũ. cũ aĩa remiſſione ꝑcepta pecca/
torũ. ad maternã ſui cuſtodiã cũ ipo ſe cor
pore refert. ne q̃d poſt veniã vnde iterũ iu
ſte puniat̃ admittat. Hec Hieronym⁹. Ex
quo patet ꝙ hic ſuadet̃ penitẽti vt in ſtatu
gratie habitet. ⁊ ꝯſcientie ſue habitaculũ
ſollicite cuſtodiat. Eſt enĩ ſenſus. Vade in
domũ tuam. ac ſi diceret̃. qui alias ꝑ obliui
onem tui longe a te receſſeras. ⁊ ꝑ negligẽ/
tiam a bono oꝑe ⁊ ꝯſcientie puritate torpe
bas. iã vade ⁊ redi in domũ ꝯſcientie ꝑ con
ſideratione tuã. ⁊ habita in ea ꝑ ſecuritatẽ.
Circa iſtam domũ eſt attendendũ quõ de
beam⁹ eam ꝓmo fundare. Scd̃o quõ or
nare. Tertio quõ tegere. ⁊ q̃rto quõ purga
re. De ꝓmo ſciendũ ꝙ dom⁹ conſciẽtie de/
bet habere ſolidũ fundamentũ. hoc eſt ſo/
lidam doctrinam. Iuxta illud Math. vij.
Omis qui audit verba hec ⁊ facit ea aſſimi
labit̃ viro ſapienti q̃ edificauit domũ ſuã
ſupra petrã. Cauendũ eſt autẽ ne ſuꝑ fun/
damento verbi dei iſta dom⁹ erronee edifi
cetur. ſcꝫ ne ſit nimis larga vel nimis ſtri/
cta. q̃a vtrobiq̃ oĩe q̃d fit cõtra ꝯſcientiã
edificat ad iehennam. xxviij. q. j. §. Ex his.
Unde ſicut dicũt doctores dictamẽ con/
ſcientie plus obligat q̃ ꝑceptũ ꝑlati. ⁊ om/
nis ꝯſcientia ſiue recta ſiue erronea ſiue in
ꝑ ſe malis ſiue ĩ indifferẽtib⁹ obligatoria ẽ.
vt dicit Robert⁹ Holgot ſuꝑ librũ Sap.
cap. viij. Et ratio ẽm ipm. q̃a in oĩb⁹ tali/
bus veniẽs ꝯtra ꝯſcientiã facit cõtra illud
q̃d credit ꝑ legem eſſe ꝓhibitũ. Iſtã domũ
male fundant q̃daꝫ ſuꝑ arenã cupiditatis.
quidaꝫ ſuꝑ aquas voluptatis. ⁊ ideo ſtare
diu nõ poſſunt. q̃a flante vento mortis ca/
dũt faciliter. vt dicit̃ Math. vij. De ſe/
cũdo quõ iſta dom⁹ debet ornari. patet. qꝛ
debet habere decẽs ornamẽtũ. vt ſit picta
curioſe ⁊ artificialiter imaginib⁹ virtutũ. et
ſanctorũ viroꝝ exemplis q̃ nos ꝑceſſerũt.
Narrat Aug⁹. libro. viij. ꝯtra Iulianũ. Et
ij. retractationũ cap. x. Q rex quidã Cipri
deformis ſpecie thalamũ ſuũ ſiue cubicu/
lũ fecit depingi pulchris imaginib⁹ vt eaꝝ
aſpectu vxor ſua pareret pulchrã prolem.
Rex iſte eſt ratio. Cubiculũ memoria. Ux
or ſenſualitas. Uñ ſi volum⁹ prolẽ bonaꝝ
operationũ ꝓducere. debem⁹ in memoria
ſanctorũ patrũ exempla ponere. Quod fit
cũ ſepius recordamur de eorũ factis. et ſic
oꝑamur. De tertio quomõ iſta dom⁹ ſit
tegenda. patet. q̃a debet habere aptũ tegu
mentũ. ſcꝫ honeſtam ꝯuerſationẽ. vt vide/
ant bona oꝑa noſtra alij. et glorificent pa/
trem celeſtẽ Math. v. Uñ Math. x. dicit̃.
Quod in aure audit̃. ꝑdicabit̃ ſuper tecta.
id eſt ſuꝑ honeſtam cõuerſationẽ. Nobis
enĩ eſt neceſſaria ꝯſcientia noſtra. ſed pri/
mis fama noſtra. dicit Auguſtinus. xij. q. j.
Nolo. De quarto quõ iſta dom⁹ debꝫ pur
gari. patet. q̃a frequẽter ꝑ ſcopaꝫ ꝯfeſſiõis
eijciendo foras ꝑ verbũ oris q̃d latebat in
interiorib⁹ cordis. Sed prochdolor mul/
ti iſtas ſordes magis diligunt occultare q̃
purgare extra. Contra q̃s Aug⁹. ſuper Io
hannẽ Omelia. xij. dicit. Uis audire conſi
liũ. Si vis a deo fugere. ad ipm fuge con/
fitendo. nõ latendo. Nã confiteri potes la
tere nõ potes Faciat ergo bon⁹ confitens
oſtendẽdo oĩa quecũq̃ ſunt intra ſuã cõ
ſcientiã. more illius q̃ dixit. iiij. Reguꝫ. xx.
Omia quecũq̃ ſunt in domo mea viderũt
Nihil eſt q̃d nõ monſtrauerim eis ĩ theſau
ris meis. Iſtam domũ ita bene ornatã de
bet intrare anima. ⁊ in ea quieſcere ꝑ con/
templationẽ vt dicit̃ Sapie. viij. Quatin⁹
ꝑ hoc mereat̃ intrare in domũ celeſtẽ ꝑ glo
rificationẽ. Ad quã nos ꝑducere dignetur
pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus Amen.

Dominica. XX. poſt trinitatis. I.

Sermo CXXII.

v

Venite ad nupti
as. Math. xxij. Sicut dicit
Hugo libro. iiij. de archa noe
cap. iiij. in principio. Omia opera dei pro/
pter hominẽ facta ſunt. ſiue ea que ꝑtinẽt
ad primã creationẽ hominiſ. ſiue ea que fa
cta ſunt ad hominis reparationẽ. Ad crea
tionem hoĩs ꝑtinet creatio mũdi. id ẽ ce
li ⁊ terre. et omniũ que in ꝓmordio facta cõ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN